ſuper caput coꝝ. Iteꝫ cantant ſingulare de ſui incorruptione. qꝛ
incorruptio ꝓximū facit eē deo. Sap̄. vi Adeo ſingulare eſt hoc
canticū ꝙ nulli poſſunt cantare niſi ꝟgines. vnde in p̄miſſa au-
ctoritate dicit̃ Nēo p̄t di. cā. illō n̄ illa. c. xx000. i. ꝟgineſ diꝫ inꝭ
Iſtud canticū cantat beata virgo cum ſuis pediſſequis. ſ. beata
Barbara Catherina lucia cecilia Agneta ꝛ cum ceteris virgini
bus Jo. euāgeliſta ꝛ ꝟgines omneſ in celo in vtroqꝫ ſexu felices
qui hic caſtitatē ſeruant vt canticū illud in celo cantare valeant
coram eo qui eſt benedictus in ſecula. Amen

De ſancta Agneta Sermo

INuenerunt me cuſtodes qui circuierūt ciuitatē percuſſe
runt me ꝛ vulnerauerunt me tulerūt palliū meum. Can
v. Verbum illud ſpiritualiter exponit̃ de prelatis eccl'ie
qui ſunt cuſtodes eccleſie eā ↄtra aduerſarios defendendo. ad lit
teram aūt poteſt ſumi in pſona eccleſie ꝛ ſancte Agnetis ꝛ expo
ni de infidelibuſ qui ſunt inimici eccl'ie qui eā cuſtodiūt impugnā
do ꝛ circuierūt mala ↄtra eaꝫ machinādo ſicut hoſtes obſiden-
tes aliquā ciuitatē ſolēt eā circuire vt capiant ſꝫm hoc deſcribūt̃
hic hoſtes eccleſie qui beatā agnetē pſequebant̃ / primo vt multi.
cū dicit̃ in plurali Inuenerūt me cuſtodes. Scd̄o vt doloſi ibi q̄
circuierūt ciuitatem. i. eccleſiā ſupple vt eaꝫ decipiant. Tercio vt ſeuientes
ibi percuſſerūt me. Ad litterā beata agnes ab hoſtibuſ pcuſſa ꝛ
vulnerata fuerit. Quarto vt inuerecundi ibi Tulerūt palliū. hoc
factū fuit qn̄ veſtibꝰ expoliata fuit / ē. n. magna verecūdia ꝟgineꝫ
denudare ſꝫ deus in hoc facto beatā agnetē ꝓtexit qn̄ diuina ꝟ-
tute capilli tm̄ excreuerūt ꝙ melius qꝫ veſtibus tegebat̃. Nota
ꝙ ſpūaliter eſt quintuplex palliū. p̄mum eſt abluendū. ſcd̄m ē re
linquendū. terciū abiiciendū. q̄rtū excudendū. q̄ntuꝫ eſt emendū
p̄mū dico ꝙ ē palliū vicioſitatis hūane Iē. xliij. dic̃ de rege na
bugo. captios ducet illoſ ꝛ amiciet̃. t̃. egi. ſic̃ amicit̃ paſtor pallio
ſuo. Nabugo. interp̄tat̃ ſedēs in anguſtia ꝛ ſignificat dyabolū q̄
ſedet in anguſtia dānatiōis iſte p̄mos pentes duxit captiuos qn̄
eos ad pcc̄m traxit ꝛ ſignificat dyabolū. ptraxit tūc terra egipti
i. natura hūana p pcc̄m obtenebrata. amicta ē pallio vicioſitatiſ
ſicut paſtoris pallium ſolet eſſe immundum ꝛ vile. Sic natura
humana que ante peccatum erat innocens ꝛ digniſſima p pccꝫ

facta eſt vicioſa ⁊ miſera. O Adã quid feciſti. veſtem inocẽtie ab/
ieciſti ⁊ veſtẽ imundicie aſſumpſiſti ꝑ quã totũ humanũ gen⁹ ma
culaſti. Jſto pallio veſtitur puer in vtero quãdo peccatũ origina
le otrahit cum quo ſi mortuus fuerit nũq̃ꝫ faciẽ dei videbit. iſtud
pallium abluendum eſt in fõte baptiſmi. Geñ. xlix. Lauabit ĩ vino
ſtolã. i. tunicam ſuam ⁊ ĩ ſãguine vue pallium ſuũ. Jlle lauit ĩ vi/
no ſtolam ſuã. i. tũicam qui ↄſciẽtiam ſuã per purã ⁊ virtuoſam
penitẽtiam a peccatis mortalibus mũdat. ille ꝟo lauit in ſanguĩe
vue pallium ſuũ qui ĩ baptiſmo habẽte efficatiã a paſſiõe xp̄i mũ
datur ab originali culpa. Uua eiꝫ ſignificat corpuſ chriſti a quo
in torculari crucis emanauit ſanguis noſtre redẽptiõis. hoc ſan
guine lota fuit beata Agnes ꝓpter qđ ip̄a dixit. Sãguis eius or
nauit genas m. ¶ Scđo dico ꝙ eſt palliũ carnal' voluptati. Jud.
iiij. legiẽ ꝙ ſyſara ingreſſus tabernaculũ Jabel opertuſ eſt ab ea
pallio q̃ cuꝫ ſitiret dedit ei Jabel lac ad bibendũ qđ cuꝫ bibiſſet
obdormiuit. ⁊ ſic Jabel clauũ per tẽpus capitis eius tranſfixit et
occidit. Siſara intͥpretatẽ excluſio gaudij. ⁊ ſignificat animã pec
catricẽ que a gaudio celeſti excluſa eſt. Jabel interpretatẽ carnale
ↄiugiũ ⁊ ſignificat carnẽ que anime ↄiungitẽ tũc Siſara ingredi
tur tabernaculũ Jabel qñ carni ↄſentit. tũc vero operitẽ pallio qñ
voluptati carnis inuoluitẽ. tũc iabel lac ſitiẽti miniſtrat qñ aĩme
poſite in tentatione dulcedinẽ delectatiõis offert tũc ſyſara bibit
quãdo peccatũ ꝑficit tũc vero obdormit qñ in peccato manens
delectatẽ. tunc ꝟo clauum ꝑ tẽpus eius tranſfigit ⁊ occidit quan/
do animã peccatis infirmatã detinet in peccato vſq̃ꝫ ad mortem.
Ecce q̃ꝫtum malũ facit caro anime. ꝑmo blãde allicit. vltimo cru
deliter occidit. Bernh. O pcc̄a q̃ꝫ faciles adit⁹ ⁊ q̃ꝫ difficiles exit⁹
habetis. qñ eni q̃d ſuggeritis vngitis qñ eni ſuggeſſiſtis pũgitis.
Noli ergo o hõ ad tabernaculũ carniſ ↄfugẽ. carni ↄſentiẽdo no
li opiri pallio carnalis voluptati. ne ĩ aia occidaris valde nocuũ
ẽ illđ pal. ⁊ idẽ ẽ reijciendũ ſic legitẽ Geñ. 39. de Joſeph q̃ cũ muli
er egipciaca apprehẽdiſſet ⁊ ad pcc̄m ptrahẽ vellet ille relicto pal
lio fugit. ſic ſilr ſi mlier. i. caro te ipugnat relinq̃ palliũ voluptati.
carnẽ macerando ⁊ fuge peccatũ vitando Ecc̄. xi. Quaſi a facie
colubri fuge peccatum. Accipe exemplũ ab hac ꝟgine ſancta q̃m
cũ iuuenis diues ⁊ potẽs ad ↄſenſuꝫ ſuũ iducere vellet multa do/

na ei off

na ei offerendo et plura pmittendo hec virgo eum quasi colubꝛ fugiens dixit. Discede a me pabulū mortis quia iam ab alio a.p sum. qui te lon. no. in genere et dignitate. de xpo loquit de q sub/ditur. Cui⁹ pulchritudinē sol et lu. mi. cui āgeli seruiūt. cui⁹ opes nunq̄ deficiūt. cui⁹ diuicie nunq̄ decrescūt. cui⁹ odoꝛe reuiuiscit moꝛ. cui⁹ tac. cofoꝛ. infirmi. quē cū amauero casta sum cū te. mun da s. cū ac. vgo sū. ¶ Tercio est pal. mūdane vanitatis de hoc legit Josu. vij. q achoꝛ de Jericho abstulit palliū coccineū et pter h a Josue in valle lapidatus est ac omnia que ad eum ptinebant ig ne cobusta sunt. Jericho interpꝛetat luna et significat mundū q va riatur ad instar lune. Achoꝛ interpꝛetat puersio et significat pec/catoꝛem peruerse agentē tunc achoꝛ furat palliū de Jericho qn peccatoꝛ apphendit et sequit vanitatē mundi. talis vero a Jo/sue. i. xpo damnabit in valle inferni et cuncta illi⁹ igne cōburent qꝛ coꝛpus et anima in inferno ardebunt. Istud palliū valde noci/uum est homini et ideo abiiciēdū est sicut pfigurat. iiij. Re. ij. Ubi legit Cū helias caperet per currū igneum in celū abiecit palliū suum. Currus igneus significat sanctā vitā per q̄m homo festinat ad celū. qui ergo ad currū igneū. i. ad scām vitā assumpt⁹ fuerit debet a se abiicere palliū mundane voluptatis et vanitatis. vt possit dicere cū Aplo Phil. iij. Per xpm oia detriment. feci et arbitroꝛ vt stercoꝛa vt xpm lucrifaciā. Istud fecit sancta agnes. Cū pꝛefe cti filius offerret pꝛeciosissima oꝛnamenta et lapides pciosos et p mitteret ad hoc diuicias domos possessiones et familias et oms mūdi diuicias. ab ea hec oia quasi quedā stercoꝛa sūt reputata. Accipe exemplū o homo et oia illa otemne que pnt te a deo tuo auertere. Quid eni pdest tibi si vniuer. mūd lucra. rc. ¶ Quarto palliū nitide caritatis. de q dr Nume. iiij. Mēsam ppanificationis in uoluent iacinctino pallio mensa ppanificatiōis in q ponebāt pa nes significat coꝛ hois in q dnt eē vtutes p q̄s reficit aīa. Istud coꝛ dꝫ inuolui iacictino pallio. i. caritate q fecit hoies celestes qꝛ coloꝛ iacinctin⁹ silis ē celesti coloꝛe. illd palliū in euāgelio appel/lat vestis nupcialis sine q null⁹ ad celestes nupcias pōt puenire sicut i parabol dic Math. xx. q rex quidā fecit nupcias filio suo ad q̄s multos vocauit et cū intraret vt videret simul discūbētes et inueniret ibi hominē nō vestitū veste nupciali dixit. Amice ad

q̄d veniſti nō ha. veſtē nup. q̄ obmuteſcēte dixit miſtris ligate illi
manus ꝛ pedes ꝛ mit. eū in tene. exteri. Rex ille eſt pater celeſtis
qui filio ſuo nupcias fecit qn̄ eū in carnem miſit ad has nupcias
multos vocauit qꝛ ꝑ predicatores ſuos omnes vocat vt in xp̄m
credant. tūc ad nupcias vt diſcumbētes videat intrat qn̄ in extre
mis qualis cuiuſqꝫ vita fuerit examinat quēcunqꝫ tūc inuenerit
ad nupcias intraſſe ſine veſte nupciali. i. fidem habuiſſe ſine cari
tate viderit illum ligatis manibus ꝛ pedibus. i. ablata ptāte effu
giendi ꝛ reſiſtendi proiiciet in tenebras infernales. hanc veſtē be
ata Agnes habuit ideo ad celeſtes nupcias venire ꝓmeruit. Vn̄
de ea poteſt dici illd̄ Apo. xix. Venerūt nupcie agni ꝛ vxor eius
preparauit ſe ꝛ datū eſt ei vt cooperiret ſe biſſino ſplendēti ꝛ can
dido. Splendidū ꝛ candidū ſignificat nitidaꝫ caritatē qua orna
ta fuit beata agnes ꝛ ideo ad celeſtes nupcias introducta ē vnd̄
legitur de ea. ꝙ cū impius iudex p̄cepiſſet eam duci ad lupanarꝛ
ip̄a ingreſſa eſſet locū imenſa lux circūdedit eam. cūqꝫ ſe in orōe
ꝓſtrauiſſet apparuit ante oculos eius veſtis cādidiſſima quā ap
prehenſam induit ꝛ dixit. Gracias tibi ago domine iheſu chriſte
q̄ me ī numero ancillaꝝ tuaꝝ cōputans hanc veſtem mihi largi
ri precepiſti ex quo enī candida veſte caritatis decorata fuit inte
riꝰ. dignū fuit vt in ſignū huiꝰ candida veſte ornaret̄ exteriꝰ. illd̄
pallium caritatis extendenduꝫ eſt ad ꝓximū qꝛ vnꝰ hō alij ex ca
ritate ſubuenire debet ſic̄ figuratū ē Ruth. iij. vbi legit̄ ꝙ ruth ſe
ꝓiecit ad pedeſ booz ꝛ clamauit. Expāde palliū tuū ſuꝑ familiā
t. qꝛ ꝓpinquus es. Ruth interp̄tat̄ deficiēs ꝛ ſignificat pauperē
q̄ defectū hꝫ in rebꝰ. Booz intp̄tat̄ in q̄ eſt robur ꝛ ſignificat di
uitē in ꝟtute diuiciaꝝ ꝯfidentē. tūc ruth ꝓiicit ſe ad pedes booz
petens vt ſuꝑ palliū expandat qn̄ pauper iacens ad ianuā diuitꝪ.
petit vt ei ex caritate ſubueniat. ¶ Quinto dico ꝙ eſt palliū et̄ne
felicitatis. yſa. lxi. dicit̄ in perſona xp̄i. Sp̄ūs dn̄i ſuper me eo ꝙ
vnxerit me ad annunciandū manſuetis miſit me. ꝛ ſequit̄ vt da
rem eis coronam ꝓ cinere oleum gaudij ꝓ luctu ꝛ palliū laudis
ꝓ ſp̄u meroris. Audi o chriſtiane ꝛ noli timere ſi ſeruis hic chri
ſto in humilitate in celo eris in magna dignitate qꝛ dabitur ti
bi corona celeſtis pro cinere humilitatis. ſi hic es in triſticia illic
eris in leticia qꝛ dabit̄ tibi oleū gaudij pro luctu. Si hic deſolarꝪ
ibi ꝯſolaberis qꝛ dabit̄ tibi palliū laudis ꝓ ſp̄u meroris illd̄ pal

ſium eſt ab omnib⁹ appetendum quia nobiliſſimuz eſt ſicut prefigu/
ratum eſt heſter.viij.vbi legit̄ ꝙ mardocheus fulgebat in veſtibus
regijs coronam auream portans in capite amictus ſerico pallio atq̃
purpureo. Veſtes regie ſignificant celeſtis gaudij varietatem coro/
na eternitatem.ſericum palliū dignitatē.taliter coronabit̄ in celo et
fulgebit quicunq̃ hic deo deuote ſeruierit. Hoc modo beata agnes
in celo fulget. Unde legitur ꝙ cum parentes eius vigilarent ad ei⁹
tumulū viderunt in media nocte turbam virginū que omnes auro
textis cicladibus cum ingenti lumine preteribant inter quas viderūt
beatiſſimam agnetē ſimili veſte fulgentem et ad dexteram ei⁹ agnū
niue candidiorem que rogabat virgines parūper gradum figere et
dixit parentibus.videte ne me quaſi mortuam lugeatis.ſed cōgau/
dete mihi et congra.quia cum ho.lu.ſe.ac.et illi ſum iuncta in celis
ꝙ in terris poſita tota animi intentione dilexi et his dictis ptranſijt
Rogemus dn̄m vt meritis huius ꝟginis veſtiat nos hic pallio cari
tatis et in futuro pallio eterne felicitatis.Amen.

¶ De ꝯuerſione ſancti Pauli. Sermo

POſtq̃ conuertiſti me egi penitentiam et poſtq̃ oſtendiſti m
percuſſi femur meū cōfuſus ſum et erubui.Iere.xxxi. ¶ Ex
quo hodie agitur cōuerſio ſancti Pauli quē domin⁹ de celo
vocauit ad penitentiā ideo ꝯgrue pt dicē.b.pau.ꝟbū ꝓpoitū deo pro
ſui ꝯuerſiōe grās agēdo ſm hoc in ꝟbis pmiſſis tāgunt̄ tria q̄ fuerunt
corpaliter in ꝯuerſione bti pauli et ſpūaliter in cōuerſiōe cuiuſlibet
peccatoris.pmū ē dei vocatio.ſcdm eſt luci. celeſtis coruſcatio.Et iū
eſt pauli ad terrā pſtratio.pmū ibi poſtq̃ ꝯuertiſti me.ſupple vocā/
do egi penitentiā ſcdm ibi poſtq̃ oñdiſti mihi ſupple lumen percuſſi
femur meū voluntatē ꝓpriā abiectādo Act.ix. Tremens ac ſtupens
dixit.Domine q̄d me vis facere.q.d.acten⁹ ſecutus ſum voluntatez
meam deinceps ſequar tuam.tertiū ibi pcuſſus ſum et erubui.Et fa/
ctum fuit qn̄ cecidit in terrā hec tria ſunt in ꝯuerſiōe pccoris ꝙ do
min⁹ pmo ad pniam vocat.ſcdo mentē illumiat.tertio ad trā pcu/
tit et ad hmilitatē inclinat.¶ Nō q̄nq̃ ſūt q̄ ſuadēt homi ꝯuerſiōz
pmū ē diuine clemētie immēſitas.ſcdz ē diuine iuſticie ſeueritas.ter
tiū eſt culpe vilitas.quartū pn̄tis miſerie mltiplicitas.qntū eſt mer/
cedis dignitas ¶ Primū inq̃ eſt diuine clemētie imenſitas.Iohel.ij
Conuertimi ad dn̄m deū q2 benign⁹ et mitis eſt paciēs ⁊ mlte miſe